



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Guillelmi Postelli De Repvblica**

**Postel, Guillaume**

**Lvgdvni Batavorvm, 1635**

Cap. XXX. Περί έ[λλ]ωζαμίαν, quos Latine Græciæ quæstores dicere  
possis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

Demosthenes philippica tertia  
 hos ταμίαις δημοσίαις, publicos  
 adseruatores, quos vulgus no-  
 strum thesaurarios parsimoniae,  
 aut simpliciter vocat. quod vero  
 & pecunias suppeditent, prima  
 philippica ποσειδὰς ταμίαις dixit.

## C A P. XXX.

Περὶ ἰθαλωταμίωv, quos La-  
 tine Græcia quaestores  
 dicere possis.

**T**AMIAI me admonere  
 ἰθαλωταμίωv. quorum mu-  
 nus erat eas pecunias excipere,  
 & administrare, quæ ex parte  
 Græciæ Atheniensibus parente  
 colligebantur, ut idem illi in sa-  
 cris, quod isti in indictionalibus  
 agerent. Pollux ait & insularum  
 proventum exigere, & excipere  
 solitos. Hanc vero tradunt Græ-  
 ci authores nominis rationem.  
 Post

ATHENIENSIVN. 213

Post navali pugna superatum  
 Persarum regem ab Athenien-  
 sibus, illi in retinendo imperio  
 diligentissimi, quia caput post ca-  
 lamitatem, clademque acceptam  
 statim ante omnes Græcos ere-  
 xissent, cæteris tributa impera-  
 vere, ad persolvendas belli nava-  
 lis impensas, quo communis pa-  
 triæ hostis esset profligatus, quia  
 maior impensæ pars fuisset ante  
 ab illis exposita: itaque illos quæ-  
 stores vocarunt *ἐπιλορηπίας*, id  
 est, Græciæ quæstores. Latius ex-  
 plicat originem vocis huius He-  
 rodotus in Urania, adfertque de  
 Themistocle historiam: ad quem  
 lectorem remitto, ne sim tæ-  
 diofior.

O 3

CAP.